



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

22 Miraculorum, aut imaginum causa dubia emergentia, quomodo
decidenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

erant. Bart. in l. 1. §. hoc editio, in fin. ff. de postul. & Cravet. in cons. 88. num. 3.

20 Tertiū † Episcoporum ordinaria auctoritate præcipua cura esse debet, ut populum, totumq; gregem sibi ipsiis, ac suæ fidei commissum, juxta sacrorum conciliorum decreta de sanctorum intercessione, invocatione, sacrarum reliquiarum honore, & legitimo imaginum uero diligentemente instruant, & doceant atque imagines Christi, & Deiparæ Virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas, & retineas, eisque debitum honorem, & venerationem impartientiam carent, ut per concil. Trident. de invoc. venerat. & relig. sanctorum, sifff. 25.

Nemini tamen licet ullo in loco, vel ecclesia, etiam quomodolibet exempta, aliquam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbat. 21 fuit, nulla etiam admittenda sunt † nova miracula, nec novæ reliquiae recipi debent, nisi eodem Episcopo recognoscente, & approbante, qui, simulatq; de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea facere debet, que veritati, & pietatis 24 consentanea judicabit. concil. Trid. ubi supra, §. hoc ut fidelius, & cap. 2. de relig. & vener. sancti.

De miraculis autem, ac sacris imaginibus copiose, & bene scripsit Majol. in suo lib. de sacr. imag. per totum, & si aliquod 22 dubium, aut difficilis † abusus circa miracula, & imagines esset extirpandus, vel aliqua de his gravior quæstio incideret, Episcopus, antequam judicat, Metropolitani, & comprovincialium Episcoporum in concilio provinciali sententiam debet ex-

pectare, ita tamen ut nihil, in consulto Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hactenus in usitatum decernatur. Concilium Tridentinum, ubi supra de invocat. verner. & relig. sancti, in fin. Sanctorum vero reliquias, si sint antiquæ, haberi debent in veneratione in qua hactenus habitu erint, si verò sint novæ, Episcopus servare debet formam ejusdem decreti concilii ut super eod. decr. fuit à sacra congreg. decisum sub titu. Cæsar Augustan. Sanctorum vero reliquiis venerationem, atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacra monumenta à fidelibus inutiliter honoriari, atque eorum opis impetranda causa sanctorum memorias frustra frequentari afferentes, ab ecclesia sunt damnati, concil. Trident. eod: decretro sub tit. de invoc. verner. & relig. sancti. §. sanctorum quoque sifff. 25.

Quo autem honore, & reverentia † reliquias sint servandæ, observantia urbis Romæ, omniumque aliarum civitatum, & locorum Christi fidelium satis docet, quibus in locis maxima veneratione habentur, & præcæteris à Carolo Emmanueli Sabaudiae Due magno studio servatus † Evangelica illa syndon, qua Christus ad sepulturæ mysterium involvi dignatus est, quam eandem illam esse, de qua Evangelistæ omnes testati sunt; Matth. cap. 27. Marc. cap. 15. Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 19: post alios, quos citat, tradit Majol. de sacr. imag. cent. 1. cap. 4. §. hujusmodi autem. Idem testatur Alphonsus Paleot: Archiepiscop. Bonon. in explicat. sacr. syndon. c. 2. in princip. in qua quamplura scitu, consideratione, & meditatione digna ab omnibus Christi fidelibus essent videnda. Prioribus quidem seculis servorum

Y. 3,

Chel.